NOS STEPHANVS

DEI GRATIA HVNGARIAE TRANSYLVANIAE QVE

PRINCEPS & Siculorum COMES &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes quibus expedit vniuersis

QVOD cum ad Principes pertinere videamus fidelium subditorum suorum merita dignis remunerare præmijs. ideo nos quoq; qui Deo optimi maximi beneficio principatum hunc inter alios principes Christianos adepti sumus, non alienum a nostris institutis esse arbitramur, hac quoq; in parte muneri nostro satisfacere. Ob oculos ponentes indubiam fidem, & præclaram fidelitatem, ac virilem animositatem fortitudinem, & fidelia seruitia fidelium nostrorum Egregiorum & Nobilium Petri Fekete de Halas certorum militum nostrorum Capitanei, ac Matthiæ Beodij de eadem Halas, Stephani Medij de Abad, Pauli Kis de Maklar, Volfangi Racz de Sarad, Stephani Pap de Turij, Ioannis Hati de Chef, & Francisci Makkos de Rabe Centurionum, aliorumq; militum nostrorum Campestrium, sub Capitaneatu eiusdem Petri Fekete existentium, quæ ipsi nobis & huic Regno nostro Vngariæ, in exigenda stabiliendaq; patriæ & auita libertate, compluribus in locis, magna cum animorum suorum alacritate & constantia exhibuerunt & impenderunt, ac in futurum quoq; exhibituri & impensuri sunt. Eosdem Petrum Fekete Capitaneum, ac Matthiam Beodij, Stephanum Medij, Paulum Kis, Volfangum Racz, Stephanum Pap, Ioannem Hati, & Franciscum Makkos Centuriones, cæteros milites sub eiusdem Petri Fekete Capitaneatu existentes, si qui ex ipsis præclara Nobilitatis prærogatiua nondum gauderent, ex statu & conditione plebea & ignobili, in qua nati sunt, & hactenus extiterunt eximentes, vel si etiam si qui, hanc prærogatiuam præclaro aliquo facinore adepti essent, denuo iterumq; de speciali gratia nostra, & potestatis nostræ plenitudine in cœtum et numerum verorum Regni huius nostri Vngariæ & Transyluanæ nobilium annumerandos, aggregandos, cooptandos, et ascribendos duximus, prout annumeramus, aggregamus, cooptamus, et ascribimus per præsentes. Decernentes expresse vt a modo deinceps, eidem Petrus Fekete Capitaneus, ac Matthias Beodij, Stephanus Medij, Paulus Kis, Volfangus Racz, Stephanus Pap, Ioannes Hati, & Franciscus Makkos Centuriones, cæteriq; milites sub eiusdē Petri Fekete Capitaneatu existēti, ipsorumq; hæredes & posteritates vtriusq; sexus vniuersi pro veris & indubitatis nobilibus habeantur et reputentur. In signum autem huiusmodi veræ & perfectæ nobilitatis eorum hæc arma, seu nobilitatis insignia. Scutum videlicet militare erectum cœlestini coloris, in cuius campo super viridi cespite in una Scuti parte existentis Tygris naturali colore depictus, posterioribus pedibus immissis, anterioribus autem leuo protensis, dextro vero frameam nudam sanguine oblitam vibrantis instar tenere, et in cataphracte quadam equestri, aliaquin etiam fortiter armato, et sinistra peltam, cuius medium flammę ardentis signum a priori circumferentia ad posteriorem perducta exornat, dextro vero manibus mucronem cuspidatum tenente ictum inferenti simili, duello congredi videtur. Scuto imposita est galea militaris aperta, quam diadema Regium omnibus vnionibus q; decenter ornatum contegit, ex quo mobilenus alter exurgit Tygris, in signum triumphi pellam priori per omnia similem leuo pede, dextro autem vexillum rubrum gerens, in quo aquila naturali colore depicta, rostro elato, alis extensis, pedibus auris unisexus Hare insidiatur. Ex cono autem galee lacinię siue lemnisci a dextra flaui et carnei, a sinistra vero partibus albi et rubri colorum varijs defluentes, oras seu margines ipsius Scuti pulcherrime ambiunt et exornant, prout hæc omnia in capite seu principio præsentium literarum, nostrarum dicti manu et arte pictoris clarius expressa et depicta esse etiam dignoscuntur. Animo deliberato & ex certa scientia libertatis atq; nra prefatos Petrum Fekete Capitaneum, ac Matthiam Beodij, Stephanum Medij, Paulum Kis, Volfangum Racz, Stephanum Pap, Ioannem Hati, & Franciscum Makkos Centurionibus, cæteriq; militibus sub eiusdem Petri Fekete Capitaneatu existentibus, ipsorumq; hæredibus & posteritatibus vtriusq; sexus vniuersis, clementer dedimus, donauimus, & contulimus. Annuentes & concedentes vt ipsi præscripta arma seu nobilitatis insignia more aliorum veterum, et insignitorum nobilium, armis vtentium, vbiq; in pilleis hastilibusq; tornamentis ducellis monumentis, ac aliis quibuscunq; exercitijs militaribus, nec non sigillis, vexillis, cortinis, velis, annulis, aulęis, domibus clypeis tentoriis, sepulchris, generaliter vere quarumlibet rerum et exercitiorum generibus, sub modo et syncera nobilitatis titulo, quo eos ab vniuersis et singulis cuiuscunq; status, conditionis dignitatis et præeminentiæ homines existant, dici teneri, nominari et reputari volumus, ferre et gestare omnibusq; et singulis in honoribus, gratus priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, et prærogatiuis quibus cæteri veri et nati, ac indubitati nobiles et militares homines prædicti Regni nri Vngariæ et Transyluanæ, quomodocunq; de iure vel consuetudine, vtuntur, fruuntur, et gaudent, perpetuo vti, frui et gaudere valeant atq; possint. Volentes ampliori nos benignitatis et munificentiæ nræ erga eosdem Petrum Fekete Capitaneum, ac Matthiam Beodij, Stephanum Medij, Paulum Kis, Volfangum Racz, Stephanum Pap, Ioannem Hati, & Franciscum Makkos Centuriones, cæteros milites sub eiusdem Petri Fekete Capitaneatu existentes declarationis fauore, totales et integras portiones nras possessionarias in possessione Zoboszlo in Comitatu Zabolcz existente habitas, alteram earum ad aream nram Tekaj tentam et possessam, alteram vero in hac dicti huius nri tempore in nos et collationē nram deuolutam totam item et omne ius nrum Regium, si quod in præfatis portionibus possessionarijs etiam aliter qualitercunq; existeret et haberetur aut eadem et idem nrum ex quibuscunq; causis, vijs, modis, et rationibus nobis competere potuerit collationem, simul cum cunctis earundem vtilitatibus, et pertinentijs quibuslibet terris, siluis, arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vineariis, promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscinarijs, aquarum decursibus, molendinis et eorundem locis, generibus quibuslibet vtilitatum, et pertinentiarū suarū integritatibus, quouis nominis vocabulo veritatis, ad eandem portionem possessionariam anteactibus Jus Regium, de iure et ab antiquo spectantibus, et pertinere debeat, sub suis veris metis et antiquis limitibus exaratis, memoratis Petro Fekete Capitaneo, ac Matthiæ Beodij, Stephano Medij, Paulo Kis, Volfango Racz, Stephano Pap, Ioanni Hati, & Francisco Makkos Centurionibus, cæteris militibus sub eiusdem Petri Fekete Capitaneatu existēti, ipsorumq; hæredibus et posteritatibus vtriusq; sexus vniuersi clementer dedimus, donauimus, et contulimus, iure perpetuo et irreuocabili, tenēdi, possidēdi pariter et habendi, saluis iure alieno. Eadem lege et conditione, quod ipsi hæredes et posteritates ipsorū vniuersi, quando quidem hanc sibi gratitudinem sponte et libere agnouerint, vt in nostrum fidelia nostrorū libertinorū Siculorum Transyluanitis, velint et fructuosam operam nobis et patriæ nræ in rebus bellicis impendant, instar aliorū Donatariorū Nobilium, bonis equis armisq; militaribus, aptisq; instructi, ad mandata nra, et successorū nrorum, omnibus bellicis expeditionibus, tam generalibus quam partialibus pro loci temporisq; exigentia, in necessarijs Regni susceptendis obeundisq; interesse, fidelemq; patriæ operā nostræ extraordinariam contra quoscunq; hostes nros et aduersarios impendere et exercere teneantur. Et nihilominus annotatas portiones possessionarias in Gallegata possessione Zoboszlo habitas, ab omni censuum taxar, et contributionū nrarum tam ordinariarū, & extraordinariarū, subsidijs et lucri Camere nræ solutione, ac seruitijs quibuslibet plebeis exhibitionē nostras et successorum nrorum fiscalium administratore et thesaurario, nec non decimatoribus, ducatorib. tricesimarū et portitorib. et exactorib. quibuslibet contributionū nrarum, aliisq; vices gerentib. nostris et successoris quoscunq; pro tempore constitutis, Cancellis etiam aliis quorū interest seu interesse, principium notitiam habituris, serie præsentium eximimus et totaliter liberos facimus, quatenus vos & a modo deinceps vestros Petrum Fekete capitaneū, ac Matthiam Beodij, Stephanū Medij, Paulū Kis, Volfangū Racz, Stephanū Pap, Joannē Hati, & Franciscū Makkos Centuriones, cæteros milites sub eiusdem Petri Fekete Capitaneatu existentes, ipsos hæredes et posteritates vestros vtriusq; sexus vniuersi, nec non alios personā possessionē seu possessiones Zoboszlo adiacentia et ad illas spectantia quascunq; ad nullam censum taxar et contributionū nrarum tam decimarū ac extraordinariarū, subsidijs et lucri camere nræ solutione, aut seruitijs quibuslibet plebeis exhibitione cogere et compellere, aut præterea eosdem in præmissis rebus et omnia quæ vniuersi impedire, turbare, molestare, seu aliquis modo damnificare presumatis, nec sitis ausi modo aliquali. Secus non facturi. Priuilegijs plectis exhiberi solitis. Quas vos in forma priuilegij nri redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. In cuius rei memoriā firmitatemq; perpetuā præsentes literas nras fieri fecimus et authentici sigilli nri munimine roborari memoratis Petro Fekete Capitaneo ac Matthia Beodij, Stephano Medij, Paulo Kis, Volfango Racz, Stephano Pap, Ioanni Hati, & Francisco Makkos Centurionibus, reliquisq; militibus sub eiusdem Petri Fekete Capitaneatu existentibus, ipsorumq; hæredibus et posteritatibus vtriusq; sexus vniuersi gratiose dandas duximus & concedendas. Datum in libera Ciuitate nostra Cassouia, secunda die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexto